Q est nobilis odit rōnē volūtatis minoritatem nobilitatis. Voluntas virtus.

Volūtas rōne ɤtutis ɔsistit in ɤitate. ¶ 2. volūtas rōne ɤtutis optat btitudinē. ¶ 3. virt⁹ volētis est distincta/ inquātū volēs est suppositū distinctū ɔstitutū de volūtate/ virtute/ bōitate/ magnitudie/ duratiōe ⁊c. ¶ 4. ɤt⁹ volūtatis ɔsistit in ɔcor^a bonitatis magnitudis ⁊c. ¶ 5. q2 volūtas diligit rōne ɤtutis ipius bonitatis magnitudis ⁊c. odit etiā viciū rōne eiusdē ɤtutis. ¶ 6. q2 volūtas hēt virtutē volēdi incipit in ɤtute sua suū velle ɤtuosū. ¶ 7. virtus volūtatis ē ens de ɤtute bonitatis magnitudis ⁊c. ɔiūctū. ¶ 8. virt⁹ rōne volūtatis appetit volitū: et rōne ɤtutis volūtas ɤtuosū. ¶ 9. voluntas maior ē in ɤtute: s3 in vitio mior. ¶ 10. volūtas vt volēs coeq̄t ɤtutes suas in volēdo eq̄lit rōne bōitatis magnitudis ⁊c. ¶ 11. volūtas volendo mioritatē restringit suā virtutē.

Illa ē sūma Volūtas veritas.
I volūtas q̄ nō est falsitas. et q2 eā nō eē falsitatē est ɤitas: est volūtas rōne sue īfinitatis id nō eē. ¶ 2. illō suppositū in q̄ est ɤa rōne volūtatis ⁊ ɤitatis alio mō agit rōne volūtatis/ alio mō rōne ɤitatis. ¶ 3. illa volūtas est sūma q̄ est ɔcor^a ɤificātis ⁊ ɤificati. volētis ⁊ voliti. ¶ 4. īpossibile ē q̄ volūtas volēdo ve₉ itellectui ɔ̄dicat. ¶ 5. volūtas volēs ɤitatē/ īformat de ɤitate velle suū. ¶ 6. illa volūtas distat a falsitate: q̄ tū volito plures ɤitates ɔiūgit. ¶ 7. nullū verū caret fine existēs de eēntia volūtatꝭ. ¶ 8. volūtas q̄nto magis diligit ɤitatē tāto maiorificat velle suū in bōitate ⁊c. ¶ 9. quāto pl⁹ volūtas diligit ɤificās ⁊ ɤficatū: tāto pl⁹ coeq̄t in ɤitate. ¶ 10. quāto pl⁹ volūtas diligit falsitatē: tāto pl⁹ miorificat existere suū i agere suo. Volūtas glīa.

Illa glīa q̄ eēntialr a volūtate nō ɔ̄t: ɔ̄hēt magnitudies suas rōne volūtatꝭ. ¶ 2. in ente in q̄ volūtas ⁊ glīa sūt ɔcor^a: ē glīa appetibilis rōne sui ⁊ rōne volūtatis. ⁊ ē volūtas glīficabilis rōne sui ⁊ rōne glīe. ¶ 3. illa voluntas q̄ odit glīam: agit in ɔ̄rietate. ¶ 4. illa glīa est sine forma: q̄ in fine nō ē volibilis. ¶ 5. volūtas q̄ in medio glīa3 h3 nō idiget illa. ¶ 6. illa volūtas q̄ de glīa suos tmios hēt: nō indiget glīa. ¶ 7. volūtas maiorē glīa3 acq̄rit ſbalr/ q̄ accītalr. ¶ 8. q2 eq̄litas volētis ⁊ voliti ē appetibilis ē eq̄litas glīe appetibilis. ¶ 9. illa volūtas ē in mioritate q̄ plus minorē gloriā diligit q̄ maiorē.

Illa volūtas q̄ Volūtas differētia.
I est ɔcor^a entiū distinctorꝫ/ hēt in se quicq̄d vult. ¶ 2. volūtas adinuicē distiguit velle: ⁊ nolle vt ɔ̄dicere possit. ¶ 3. volūtas distinguit: vt in suo velle volēdo possit volitū pncipiare. ¶ 4. volūtas distinguit vt in medio de pn^o ⁊ fine agere possit. ¶ 5. illa volūtas ē distinctio q̄ in eē pn^{ij}/ medij/ ⁊ finis ē disticta. ¶ 6. nulla volūtas ē maior illa: in q̄ sine illi⁹ distictiōe volēs a se volitū distiguit. ¶ 7. volūtas vt volēs distinctū coeq̄t sibi volitū. ¶ 8. volūtas in miorib⁹ suis volētis ⁊ voliti distictionē abscōdit. Volūtas ɔcor^a.

Illa volūtas in q̄ nō ē ɔ̄rietas/ ē ɔcor^a bōitatis magnitudis ⁊c. ⁊ sic hēt q̄cq̄d vult. ¶ 2. volūtas est ɔcordatius ⁊ ɔcordabilis rōne eēntie ⁊ nature pncipij/ medij/ ⁊ finis. ¶ 3. sicut volūtas ɔcordat i medio pn^m ⁊ finē: sic in pn^o ⁊ fine ɔcordat mediū. ¶ 4. sicut volūtas suas hēt maioritates in fine ɔcordātie: sic hēt mioritates suas in ɔ̄uatiōe finis ɔcordātie. ¶ 5. voluntas p maioritatē ɔcordātie supat ɔ̄rietatis mioritatē. ¶ 6. volūtas p ɔcordātiā distat ab ineq̄litate. et p ɔ̄rietatē ab eq̄litate. ¶ 7. in mioritate ɔcordātie priuat volūtas finē suū. Volūtas ɔ̄rietas.

Naturaliter volūtas vt finis pn^o nō ɔ̄dicit. ¶ 2. volūtas odit mediū/ ɔ̄dicēs fini. ¶ 3. īpossibile ē q̄ volūtas suū finē inueniat in ɔ̄rietate. ¶ 4. volūtas maior ē in ɔcordādo: s3 minor ē in ɔ̄riādo. ¶ 5. īpossibile ē ɔcordātiā ⁊ ɔ̄rietatē ī volūtate coequari. ¶ 6. volūtas cū mioritatib⁹ suis ɔ̄dicit suis maiorib⁹. Volūtas pn^m.

Illa volūtas nō caret medio: q̄ in eēntia sua ⁊ de ipā essentia sua hēt pncipiantem pncipiatū pncipiare ⁊ pncipiabile. ¶ 2. nullū pncipiū ē diligibile sine fine. ¶ 3. si mai⁹ pn^m eēt odibile: eēt odibilis maior finis. ¶ 4. incōueniēs ē q̄ volūtas odiat in pn^o eq̄litatē bōitatꝭ magnitudinis ⁊c. ¶ 5. sicut voluntas rōne maioritatis diligit magnū pn^m: sic rōne mioritatis diligit pncipium paruum. Voluntas mediū.

Prima intētiōe volūtas finē diligit/ ⁊ scda mediū. ¶ 2. bonū mediū cū maioritate est diligibile. malū vero mediū cum minoritate. ¶ 3. volūtas in eq̄litate ſſitudies medij pducit ¶ 4. volūtas odiens minoritates medij/ diligit mioritates pncipij ⁊ finis Volūtas finis.

Omnis volūtas naturalr diligit maioritatē sui finis. ¶ 2. volūtas rōne finis diligit inter volētē ⁊ volitū eq̄litatē. ¶ 3. in mioritate finis consistit minoritas volūtatis.

Plus coequat Voluntas maioritas.
P volūtas cū maioritate: q̄ cū minoritate.

Eiusdem illuminati doctoris Raymundi Lullij tabula generalis.

Deus bone in virtute tue magne bonitatis incipit tabula gñalis ad omnes scientias aplicabilis.

Prologus.

Ratio q̄re ista tabula ponit̃ gñalis in hoc ɔsistit vz q2 de generalib⁹ pn̄ᶦᶦˢ regulis ꝛ q̄nib⁹ cōpilat̃. Et intētio q̄re istā tabulā ɔpilam⁹ hec. ē vz vt in ip̄a breuiter dmostrem⁹ modū art; inuētiue: ꝛ art; amatie ꝛ etiā modū per quē fieri poterit ars memoratia q̄ multū vt sciat̃ ē necc̄ia: cū p ipsa; i breui tp̄e hēri possit cognitio necc̄iaꝝ sciaꝝ in hoc mūdo. et intellect⁹ in eos grad⁹ ascēdere: in q̄b⁹ nature secreta actingit artificial̃ f̄m terminos nāles. ¶ Prin^a aūt huius tabule sunt xviij. vz Bonitas. magn^{do}. eternitas/siue duratio. ptās. sapia. volūtas. virt⁹. v̄itas. glīa. Dr̄ia. cōcor^a. ɔtrarietas. prin^m. mediū. finis. maior^{as}. eq̄litas. minor^{as}. Multa sunt ꝛ alia gñalia pn̄^a sic iusticia pfectio ꝛ hmōi plura. s3 oia ad. xviij. prin^a supradicta possunt reduci. ꝛ mod⁹ eoꝝ hēri s3 p̄ticā p̄dictoꝝ. xviij. p̄ncipioꝝ. vt si dicat̃ iusticia ē bona magna ꝛc̄. Id ē suo modo sequitur de ceteris pn̄ᶦᶦˢ generalib⁹ explicite nō ɔtētis in hac arte. Ad q̄ siquidē. xviij. pn̄^a fieri pōt ꝛ hēri omi3 reꝝ reductio. vt qñ dicit̃ de⁹ ē bon⁹ magn⁹ ꝛ etern⁹ ꝛ angel⁹ ē bon⁹ magn⁹ ꝛ durabilis. ꝛ sic de reliquis hmōi reb⁹. ¶ Est adhuc scia ista generalis eo q2 de. x. generalib⁹ rl̃is ꝛ q̄nib⁹ ɔstat ad q̄s q̄dē rl̃as ꝛ q̄nes ē reducibl̃e q̄cq̄d ē. Que q̄dē rl̃e ꝛ q̄nes sub istis vocabulis signt̃: q̄ sunt possib^{tas}. q̄ditas. matialitas. formalitas. q̄ntitas. q̄litas. tp̄oralitas. localitas. modalitas. istrumētalitas. Prima igit̃ regl̃a ꝛ p̄ma q° p p̄mū vocabulum significant̃. ꝛ s̄a p s̄3. ꝛ sic de ceteris rl̃is et q̄nib⁹ hui⁹ tabule. ¶ Ponit̃ aūt in hac tabl̃a alphabetū q̄d artista corde ten⁹ scire debet de generalib⁹ pn̄ᶦᶦˢ rl̃is ꝛ q̄nib⁹ ɔstitutu3. Vñ. b. significat bonitatē vl̃a3 p̄mā rl̃a3 ꝛ p̄mā q̄nē. C. mag^m cōcordātia3. sc̄da3 rl̃a3 ꝛ sc̄da3 q̄ne3. D. eternitatē siue duratōne3 ɔ̄rietatē. 3^{am} rl̃am ꝛ 3^{am} q̄ne3. E ptātē pn̄^m. 4^{am} rl̃a3 ꝛ 4^{am} q̄nē. F. sapia3 mediū 5^{am} rl̃a3 ꝛ 5^{am} q̄nē. G volū^{tem} finē. 6^{am} rl̃a3 ꝛ 6^{am} q̄nē. H v̄tutē maior^{tem}. 7^{am} rl̃a3 ꝛ 7^{am} q̄nē. I sigt veritatem equali^{tem}. 8^{am} rl̃a3 ꝛ 8^{am} q̄ne3. K sigt glīa3 minoritatē. 9^{am} rl̃a3 ꝛ 9^{am} q̄ne3 ꝛ etia3 x^{am} rl̃a3 ꝛ x^{am} q̄ne3. ¶ Causa quare hec scia inuēta est p̄ncipal̃r in h̄ ɔ̄sistit vz vt de⁹ a suo pp̄lo mel̃ius recolat̃ amet̃ ꝛ intelligat̃. ꝛ errores ꝛ scismata q̄ in hoc mūdo regnāt: destruant̃. et publica vtilitas sup speciale3 exaltet̃. Est itē inuēta sc̄da rōe vt p ip̄a3 p̄ticl̃aria q̄ intellectui sunt incognita ab ip̄o in sui v̄itate inuestigent̃ ꝛ cognoscantur: cu3 ea ipsa scia non de specificis: sed de reb⁹ gñalibus ɔ̄siter. ¶ Ponit̃ preterea hec scia gñalis: q2 in ipsa sunt mixta prin^a gñalia. et ēt rl̃e et q̄nes. vz vnūq̄dq3 p̄ncipioꝝ in quoli3 alio. vt in ipsoꝝ mixtione specialia q̄ inuestigant̃: appant. affirmādo vel negādo ita q̄ per eiusmōi gñale3 mixtionē fiat cū cōcor^a solu° q̄nis et hoc affirmatiue vel negatiue. principijs tñ hui⁹ scie et eorū diffinitionib⁹ p̄terq3 gñalibus rl̃is et q̄nibus ꝛ eaꝝ natur; remanētib⁹ semp illesis.

De diuisione hui⁹ tabule.

Diuidit̃ hec tabula in q̄nq3 distinctiōes. P̄ria est de figur;. 2^a de p̄ncipioꝝ diffinitionib⁹. 3^a de regulis. 4^a de tabula. 5^a ꝛ vltima de q̄stionib⁹.

De p̄ma distintiōe q̄ ē d̄ figur;. ꝛ p° de p^a figura



Prima distictio in q̄tuor figuras diuidit̃. S3 p̄io de p̄ria q̄ sigtur p. a: ꝛ q̄ circl̃aris ēdicem⁹. ꝛ q̄ de. ix. p̄ncipijs gñalib⁹ sup̄dictis ē cōposita sic in ipsa app3. ¶ Ponit̃ aūt circularis ad sigō^m q̄ vnūquodq3 ipoꝝ principioꝝ circularit̃ situat̃ in alijs. vz bonitas in mag^{ne} eternitate ꝛc̄. et mag^{do} in bonitate eterni^{te} ꝛ sic de alijs. ¶ Et ē facienda ista mixtio circularis cū declinatōne cuiusli3 p̄ncipioꝝ q̄ueadmodū boni^{tis} cu3 suis correlatis q̄ sunt bōificatiuū abl̃e ꝛ are et mag^{nis} cum suis magnificatiuo abili ꝛ are. et miscēdo bonificatiuū bonitat; cū magnificatiuo mag^{nis}. ꝛ bonificabl̃e cū magnifica^{li}. ꝛ bonifica

re cū magnificare. ⁊ sic suo mᵒ de alijs pīnˡᵉˢ cū suis correlatīs ita ꝙ appeat ꝙmᵒ declinationes alie in alijs fieri possunt / sbam de ipsis ꝯponēdo siue multiplicādo. sic cuz ꝺr bonitas magⁿᵉᵐ bonificat ⁊ magᵒᵒ bonitatez magnificat. ⁊ videat modus q̄re sba de ipis non poterit multiplicari siue ꝯponi cū eoꝝ ꝯrijs. sic de boniᵗᵉ q̄ cuz malicia magⁿᵉᵐ bonificare non possꝫ: nec magᵒᵒ cū ꝑuitate bonitatez magnificare ⁊c̄. et cognoscat q̄ declinatiōes adinuicē ꝯuerti possunt q̄ ꝯ̃o nō

De secunda figura.



Secunda figura triāgularis ē. qꝛ de tribᵒ triāgulis ē ꝯpoita vt in ipsa appet. Triangulus viridis de ꝺr̃a cōcorᵃ ⁊ ꝯrietate ꝯstitutᵒ est. Sup̄ ꝺr̃az scriptū ē int̃ sensuale ⁊ sensuale. sēsuale ⁊ intellr̃tuale. intellr̃tuale ⁊ intellr̃tuale simil̃r ⁊ sup̄ anglos ꝯcorᵉ ⁊ ꝯrietatꝫ ad sigficādū ꝙ hec tria p̄nᵃ in oēs hos terminos diffundi pūt. Dr̃ia āt q̄ ponit̃ int̃ sēsuale ⁊ sēsuale ē sic int̃ hominē ⁊ lapidē. calorē ⁊ saporē. Int̃ sēsuale ⁊ itellectuale. sic inter hoiez ⁊ angeluz. lapidez et volūtatē. Int̃ intellr̃tuale ⁊ intellr̃tuale sic inter deū ⁊ angeluz. memoriā ⁊ intellectū. ¶ Pariformit̃ seq̄tur suo mᵒ de concorᵃ sic de concorᵃ q̄ est int̃ ignē ⁊ aerē. inter corpus et aiaz. inter volūtatez et intellectū. Et sic suo mᵒ de ꝯrietate. sic ignis et aqua. q̄ inter se sunt ꝯria / aia ⁊ corpᵒ. angelᵒ benignᵒ ⁊ angelᵒ malignᵒ. Qui q̄dez tres moˡ generales sunt oibᵒ p̄nˡᵉˢ in ipsis anglis ꝯtētis. in q̄bᵒ apparēt ꝑticlaria sub sua vniuersalitate q̄sita. dū tn̄ mōi supradicti misceant̃ ꝑ ꝯbinationez de b c d / terminos trianglī ipsiᵒ ⁊ eoꝝ diffinitiones significantibᵒ. ¶ Triangulus rubeᵒ cōpoitᵒ ē de principio medio ⁊ fine. ꝙ sit instrumētū ad inuestigandū omīa q̄ existūt sub rōne principij medij ⁊ finis ad naturā expectātia. Sup̄ angulū p̄ncipij scripta sūt. cā. quantitas. et tempᵒ. Per causaz intelligimᵒ sbalia p̄nᵃ q̄ sunt efficiēs forma et materia et cā finalis. vt appet in cipho in q̄ ista q̄tuor p̄nᵃ exprimunt̃ vꝫ auctor. forma. et materia. et finis. quia factᵒ est ad bibendum Quantitas aūt et tp̄s p̄nᵃ accn̄talia signt̄ que sunt nouē scilꝫ q̄ntitas. q̄litas. relatio. actio passio hītus. sitᵒ. tēpus. et locᵒ. sine q̄bus nulla sba creata esse posset. quia sine quantitate sba non posset eē finita. nec absq̧ tp̄re incepta. Idē suo mᵒ sequit̃ ꝺ qualitate. qm̄ sine qualitate sba nō possꝫ eē qualificata. nec sine actione ⁊ passione de forma ⁊ materia possꝫ eē ꝯposita. nec sine loco nlr̃a pars esset in alia. nec sine hītu nullū p̄nᵐ alteri principio suā similitudinē dare possꝫ. nec absq̧ situ figura alicuius sbe imaginari posset nec sentiri. ¶ Sup̄ angl̃uz medij scriptū ē cōiunctio mensuratio et extremitas / ad significandū ꝙ mediū in istas tres spēs diffundit̃. Per ꝯiunctionē intelligit̃ mediū qꝺ plura ad vnū finē cōiungit. sic clauᵒ q̄ cōiungit duos postes ad vnā nauē. et ꝯiunctio forme ⁊ materie q̄ ꝯiungit formaz ⁊ materiā ad vnā sbaz. ⁊ filiᵒ qui p̄rez suū ⁊ matrē ꝯiungit ad vnū amorē. et sic de ceteris rebᵒ similibᵒ istis. Mediū mēsurationis ē sic centrū alicuiᵒ circuli qꝺ cōsistit equal̃r ꝑ totū circulū intra. ⁊ sba in medio suaꝝ ꝑtiū. ⁊ amare ī medio amatiui ⁊ amabilis. et duratio in medio bonitatis ⁊ magⁿᶦˢ. et iudex in medio actoris ⁊ rei. et sic de hmōi reliquis. Mediuz extremitatū est sicut linea int̃ duo pūcta. quēadmoduz et sba ꝑ omēs suas extremitates ⁊ dominiū regis ꝑ totū suū regnuz. ¶ Sup̄ angulū finis scripta sunt cā finalis. terminatio. et p̄uatio. Per cāz finalē intelligimᵒ ꝑfectiones reꝝ ⁊ fines q̄re sūt. quēadmodū deū qui est ꝑfectio hoīs. ⁊ hoiez q̄ ē sui corpis ⁊ aīe ꝑfectio. ⁊ hoiēz q̄ creatᵒ est vt deuz velut suū obiectū p̄ncipale p̄mū recolat itll̃igat ⁊ diligat. ⁊ sic occl̃os q̄ ꝑpt videre exn̄t ⁊ sic de alijs similibᵒ istis. Per finē t̃minatōis intll̃igimᵒ qual̄z rez q̄ t̃minat̃ i suis ꝑpis t̃minis. sic bōitatez q̄ t̃minat̃ ꝑ suū bonificatᵐ bonificabile et bonificare. ⁊ sic iustitiaz q̄ t̃minat̃ ꝑ iudicē ⁊ ꝯ̃itatē. ⁊ sic regnuz qꝺ ꝑ alia regna t̃minat̃. Finis aūt p̄uatōis illaꝝ rerū ē q̄ olim erāt ⁊ modo nō sūt. sic pctm̄ qꝺ ē finis p̄uatiōis ꝯ̃tutꝭ. ⁊ cecitas q̄ est finis p̄uatōis visus. ⁊ mors q̄ ē finis p̄uatōis. s. hoīnū q̄ aliq̄n erāt ⁊ mᵒ nō sūt. Omēs aūt spēs sup̄dicte vꝫ p̄nˡᶦ medij ⁊ finis triāglī rubei instrumēta sūt ad inuestigāduz ꝑticl̃aria similitudinū suaꝝ mixtis ipsis spebᵒ adinuicē in mix

tione de. e. f. g. Que quidem mixtio vniuersalis est in qua particularia sunt implicata et significata sub rōne principij medij et finis contenta. Triangulus croceus cōponit de maioritate equalitate et minoritate. Sup angulum de maioritate scribitur inter sbaz et sbaz. inter sbaz et accñs. inter accñs et accñs. idē fit sup angulos equalitatis et minoritatis. ad significādum q maioritas ē inter sbaz et sbam. sic sba hominis q̄ in bonitate maior est q̄ sba equi. et sba hominis q̄ maior ē sua quātitate. et similr sua quātitas q̄ maior est q̄ ipsius color. et sic de hmōi reliq̄s. Est in sba equalitas sbaliū ptium: sic bonitas q partem hēt sbalē equalem pti sbali magnitudinis. qm̄ sic magnitudo sub rōe sue quiditatis est magna pars sbalis sbe: sic suo modo bonitas sub rōe sue quiditatis existit ps bona sbalis sbe. Preterea sic magnitudo cū ipsa sbaliter sit magna in suam ptem sbalem partem sbalem bonitatis trāssbat vt sbalr sit magna: eodem mō bonitas cum ipsa sbalr existat bona in suam ptem sbalem ptem sbalē magnitudinis transubstantiat: vt sbalr sit bona. et idem sequit de ceteris principijs sbalibus sbe. Ex quibus siquidē trāsubstantiationibus sba ipa multiplicata composita et indiuiduata ē p viam generatōis. At si accidit q ptes ipsius inequalr se hēant deuenit in priuationem per viā corruptionis. Est et eq̄litas inter sbaz et accñs velut equalitas ptis sbalis et ptis accñtalis in sba q̄ sunt ptes eq̄les in sba scḋm pportionem. sic equalitas sbe ignis: et sui caloris et sic de ceteris. Est etiā eq̄litas inter accñs et accñs. nam sic magnitudo eq̄liter est bona sub rōne bonitatis: sic bonitas equalr est magna sub rōe magnitudinis. idem sequit suo modo de actione passione tempore et loco et sic de alijs similibus istis. Sbarum aūt alie sunt minores alijs vt sbe q̄ se habent p intentionem 2am. q̄ minores sunt q̄ ille que existunt p primam: quemadmodum sba equi sba panis. etiam sba ignis q̄ minores sunt in fine q̄ sba hois. Et minoritas q̄ est inter sbaz et accidens ē sic sba hois existentis in peccato: q̄ minor ē rōe pcti q̄ quātitas illius q̄ est in virtute sine pccō. quod ecōtra fit in hoie existēte in virtute. cuius quantitas maior est q̄ sba illius q̄ est in pccō. et hoc rōe virtutis. Est etiam minoritas inter accñs et accñs velut in homine colerico in q̄ frigiditas est in minori quātite q̄ caliditas. et sic similr ē dicendū de oibus rebus similibus istis. In his aūt tribus modis supdictis et mixtionibus eorum p h i k appent et relucent oīa particularia quesita et inuestigata sub rōne maioritatis eq̄litatis et minoritatis. et in tantū q huānus intellectus accipit et attingit maioritates equalitates et minoritates q̄ in rebus siue entibus nālibus et artificialibus secrete cōsistunt et occulte.


De tertia figura.

BC	CD	DE	EF	FG	GH	HI	IK
BD	CE	DF	EG	FH	GI	HK	
BE	CF	DG	EH	FI	GK		
BF	CG	DH	EI	FK			
BG	CH	DI	EK				
BH	CI	DK					
BI	CK						
BK							

Hec figura cōposita ē de prima et de 2a. cōtinēs in se. xxxvj. cameras vt māifeste appz in ipsa Prima camera est de b c 2a. de b d. et sic per ordinem de alijs. Quelz ipsarum camerarum. viij. continet significata. sic camera b c q̄ bonitatem dīam primā rīam et pmam q̄nem sub rōne. b. significat: et magnitudinem concordantiam fam rīam et fam q̄nem sub rōne. c. Idem sequitur suo modo de alijs cameris. vnde q̄lz ipsarum camerarum vniuersalis est ad intelligendū sua particularia. q̄ scḋm practicā huius scīe in ipsa relucent et apparēt. Inuestigatio aūt ipsorum pticularium in hac figura tribus modis fit. Primo descendendo de vna camera ad aliam. veluti de camera de b c ad camerā b d et sic de inceps vsq3 ad cameram de b k. 2o. ascendēdo de vna camera ad aliam. vt de camera b k ad camerā c k. et de camera b i ad camerā c i et sic per ordinem vsq3 ad cameram i k et h i. et sic de alijs rīando vsq3 ad cameram de b c. Tertio discurrendo ex transuerso. sicut de camera b c ad cameram c d et sic de reliquis quousq3 puenias ad cameram i k. In hac figura inuestigari debent particularia scḋm terminos q̄nis qui sunt explicite et implicite in illa q̄ne. Explicite quidē sic cum queritur vtrum bonitas et magnitudo in creatis sint idem numero: et q2 fit mētio de bonitate et magnitudine: sumēda ē camera in qua exīt b c et respondendum scḋm q ee litere significant in alphabeto / earum literarum diffinitionibus et naturis semp conseruatis. Implicite vero sic qn̄ queritur vtrum deus sit iustus: et tunc fiat recursus ad cameras in quibus pōt applicari iusticia dei sub rōne bonitatis magnitudinis et eternitatis et sic de alijs. vz vtrū iusticia dei sit bona magna eterna etc.

De quarta figura.

Quarta figura tribus circulis constat. quilibet continet in se nouem literas. Duo quidem sunt mobiles: vnus aūt inmobilis vt in ipa apparet. Quod ideo fit vt camere possint multiplicari et per multiplicationē camerarum solutiones q̄nis multiplicentur. Prima camera est de b c d. B itaq3 ē primi siue maioris circuli. c scḋi vel mediocris circuli d. vero tercij seu minoris. Scḋa est de c d e. et sic de inceps vsq3 ad camerā de k b c. vnde in prima situatione nouem



camere fuīt. decima camera ē de.b.c.e. τ ita p oꝛdinez de ceťis mouēdo circulos τ multiplicādo modos ſm quos particularia q̄ſita ī hac figura poſſunt inueſtigari. hi q̄dez modi ſignificātur ī tabula q̄ de hac figura ē diriuata. vt ſi foꝛes camera3 de b c d deinde camerā de b c e τ ſic oꝛdinatiz ꝓut in tabula ipa ɔtineť multiplicādo cameras τ voluēdo circulos. ¶ Quelz āt camerařz hui⁹ figure xij. ɔtinet ſignificata: ſic camera de.b.c.d. q̄ ɔtinet in ſe boni^tem dřaz ꝑmā rťaz τ ꝑmā q̄nē ſub rōe.b. mag^nem itē τ ɔcoꝛ^dam 2^am rťam τ 2^am q̄nē ſub rōe.c. eternitatē ſeu duratōez ɔrietatē tertiā rťaz τ tertiā q̄nē ſub rōne.d. Et vnaq̄ camerařz.xx. modos hz reſpondēdi ad q̄nez factā ſz ꝙ in quarta diſtintiōe ab hac quarta figura deriuata ē videre. ¶ Quelibz camerařz hui⁹ figure ē vťis ad inueſtigandu3 particularia explicite in q̄ne q̄ſita aut q̄ in ipa ſunt implicite. et hoc ſm exēpla q̄ dedim⁹ in tertia figura. ¶ Hec figura ē ita gñalis ꝙ ōs alias figuras hz et comprehendit in ſe τ tota hui⁹ ſcie ꝓctica in ipa implicata eſt. Scita igitur ſiue intellecta theoꝛica hui⁹ ſcie ſola iſta quarta figura eſt ſufficiens ad practicam conſequenda3.

¶ De ſecunda diſtinctione q̄ eſt de diffinitionibus.

Secunda diſtinctio de decez τ octo diffinitionib⁹ principioꝝ hui⁹ ſcie et earum explanatōib⁹ ɔſtat: quas coꝛde tenus ſciri opoꝛtet. Ponūtur diffinitiones principioꝝ in hac ſciētia vt artiſta per ipſas de principijs notitiam habeat in intellectu. Item vt ſecundum diffinitiones τ earum explanationes fiant iudicia ad ꝓpoſita3 queſtionem τ concluſiones affirmando vel negando ita ꝙ ſi diffinitiones cum affirma

tiua in concluſione q̄ſtiōis concoꝛdent ꝙ teneatur in concluſione affirmatiua: ſi vero ɔtrarient ur ꝙ teneatur negatiua.

De bonitate. B.

Bonitas eſt ens rōe cui⁹ bonu3 agit bonū τ ſic bonū ē eē τ malū ē nō eſſe. Hoc qḋ m⁰ diximus de bonitate ē ſua diffinitio: ſz qḋ adhuc de ea dicere intendimus erit ſue diffinitionis explanatio. Inueſtigam⁹ āt cognitionē bonitatiſ ſbalř τ accñtalř: vt de ſua ꝓpa eēntia hēať notitia per qua3 deuenire poſſimus in cognitionem ſbe. Et iſtū eundez ꝓceſſu3 tenebimus in oībus principijs hui⁹ ſcie. ¶ Bonitas igiť eſt ꝑn^m gñale ex quā nullū bonū fieri pōt. qḋ ſi poſſet: bonitas non eſſet ꝑn^m gñale oībus bonis ſpecificis. Na3 ex ħ ſeq̄reť ꝙ oēs boni^tes foꝛent ꝑn^a ſpalia. vñ et multa ſeq̄renť incōuenien^a. nā ſpecies eſſe poſſent ſine gñibus in entib⁹ nālibus. et indiuidua ſine ſpecieb⁹. Et q̄ñ iſta inconuenien^a ſunt impo^lia: manifeſtū eſt ꝙ bonitas ē ꝑin^m gñale: ſub cuius rōe bonu3 agit bonū: et eius eē bonū ē: τ ſua ꝓuatio eēt mala: ſi tñ facta foꝛet ſub rōe malitie. na3 ſub rōne bonitatis aliqua mala fiunt v3 malū pene ꝓpť iuſtitia3: qḋ quidē malū ē bonū τ ei⁹ ꝓuatio eēt malū. ¶ Bonitas itez ē ꝑncipiū ſbale τ accñtale ī ſba ɔſtituta τ ɔpoſita ō bonitate τ ceteris principijs hui⁹ artis. ¶ Eſt quide3 bonitas ꝑncipiū ſbale hac rōe v3 vt bonu3 ſub rōe bonitatis ſbalis agat bonu3 ſbale. τ vt illa ſba ſit bona ſbalř. ¶ Eſt aūt bonitas principiū accñtale vt bonu3 agat bonū accñtale ſub rōe accñtalis bonitatiſ. qḋ quidez bonū accñtale in ſba ē bonū τ ei⁹ priuatio eēt malū. ¶ Ratio quare bonitas poniť in hac ſcia ē: vt ſit vnū de principijs ipius. Et q2 eſt ꝑin^m gñale ɔpetit huic ſcie gñali vt ſub rōe bonitatiſ fiant bone cōcluſiones. et vt hēatur cognitio de bonis ſpalibus que in alijs principijs gñalib⁹ exñt ſecreta: in quibus relucent τ apparēt miſcendo boni^tem cu3 alijs principijs eꝫ⁰. ſm ꝓticaz hui⁹ artis.

De magnitudine. C.

Magnitudo ē ens rōe cuius bonitas eternitas ſiue duratio τ ceťa ꝑin^a ſunt magna ambiens omnes extremitates eſſendi. ¶ Magnitudo eſt ꝑn^m gñale duobus modis ſbaliter τ accñtalř. Subſtantialř quidē ē ꝑin^m gñale vt ſit ħ qḋ eſt. q2 ſi nō eſſet ꝑin^m ſbale: non eſſet ħ qḋ ē. nec eēnt bonitas eťnitas ſiue duratio ptās τ ꝑin^a ſbe magna ſbalř. q2 non haberēt ſubiectū magnu3 in quo foꝛēt ſuſtētata nec ſba poſſet eē magna ſbalř. eſt igiť mag^do ꝑn^m ſbale vt ſit ħ qḋ eſt. τ vt poſſit ſuficere de ſe ceťis ꝑtib⁹ ſbe. et vt quelz pars eē poſſit ꝑin^m ſbale. τ ꝙ ſba ſit ſbalř magna ita ꝙ ſub rōe mag^dis ſbalis vna ſba generet aliā ſba3: τ faciat alias opationes magnas

sbales. ¶ Est aūt magnitudo in sba p̄ncipium accñtale sic bonitas q̄ accñtalr̄ sit magna sub rōne magnitudinis τ sic̄ magnitudo q̄ bona ē accñtalr̄ sub rōne bonitatis. per quā q̄dez magnitudinem accñtalē sunt alia p̄ncipia in alijs hituata τ vestita ô magnitudine. sub qb⁹ habitib⁹ sba facit magna accidētia bona durabilia τ cetera. Et hoc qd̄ dictum⁹ de magnitudine sub rōne sbalitatis τ accñtalitatis sequit̄ de alijs sbe principijs. ¶ Intentio q̄re magnitudo posita ē in hac arte ē vt in ipsa τ cum ipsa inuestigent̄ q̄site magnitudines specifice diffuse in cetis ptib⁹ sbe. τ de gñali magnitudine influxe τ in ipsa sbietate. que quidē cognitio hita ē in mixtiōe p̄ncipioꝝ r̄laꝝ τ q̄nuz. quelz .n. istaꝝ partiū sbe in ipsa mixtione pricipioꝝ τ regulaꝝ significat suā p̄priā magnitudinem sibi appiatā sub rōne creationis/generationis/vel operationis.

De duratione. D.

Duratio ē p̄prietas rōne cui⁹ bonitas magnitudo ptās τc̄ p̄ncipia durāt. Est igit̄ duratio de duratio bili τ are q̄ sunt de suamet eēntia. In duratio sunt plātata sustentata τ custodita bōificatiuū magnificatiuū τc̄. vt actō eoꝝ possit durare. In durificabili sunt plātata sustentata τ custodita bonificabile τ magnificabile τc̄. vt eoꝝ passio durare possit. B idez sequtur de bonificare et magnificare τc̄. que sunt hituata τ vestita ī durare in quo durāt f̄m q̄ vl̄e durare ē influxuz de duratiuo vl̄i ī durabili vl̄i. Sz q̄ndo influētia vl̄is deficit tunc deficiūt pticularia τ sba durare non pōt τ sbtuz deuenit in sui ipi⁹ corruptōez. ¶ Intentio quare duratio posita ē in hac arte ē vt cū ipsa inuestigent̄ nature p quas res durāt. et hāc inuestigatiōez pōt facere artista sec̄ndo diffinitionez τ explanatōez gñalis durationis vt dictū est τ p mutuā mixtionez p̄ncipioꝝ τ f̄m q̄ vnuz p̄ncipium durat in alio sub rōne vl̄is durationis.

De potestate. E.

Potestas ē id per quod bonitas magnitudo eternitas τc̄. possunt existere τ agere. Potestas itaq̄z ē id rōe cui⁹ bonitas pōt eē B qd̄ est. τ pōt agere bonū id qd̄ agit sub rōe bonitatis. et ptās ē id p qd̄ pōt eē bonuz magnū τc̄. propt̄ qd̄ potestas pōt eē id p qd̄ sba pōt eē id qd̄ est. τ p qd̄ in illa possunt esse sue partes sustētate et ea pōt eē de illis τ sub rōe illaꝝ pōt opari actiue τ passiue τ eē sbtū multis passionibus. Est ḡ ptās p̄ncipium vl̄e sub sua p̄pria rōe oībus ptātibus specificis aliorū principioꝝ in q̄bus imprimit suā similitudinez diffusaz ī ptātes specificas sustētatas ī alijs principijs passiue τ in gñali ptāte actiue. eo quia in principiis sit multiplicatio. Unū sequit̄ qd̄ in sba sunt potestates actiue τ apropiate principijs sbe propter hoc vt in illis sint potētie actiue τ passiue. sic̄ in bonitate in qua ē potentia actiua in q̄ntum sba pōt eē bonificatiua sub rōe bonitatis, et sic de bonificabilitate suo m° q̄ est po^a passiua in bonitate inq̄ntuz sba pōt eē bonificabilis τ bonificata. τ hoc idez sequit̄ in qualz ptiuz sbe. ¶ Ponitur aūt ptās in hac scia vt in sua generalitate cognitio habeat̄ de potentijs actiuis et passiuis seminatis τ diffusis in p̄ncipia sbe sub rōne potestatis gñalis de qua viuūt alie ptātes speciales plantate in principijs viuentib⁹ de suis p̄prijs p̄prietatib⁹ in sp̄ebus potestatuz natis et productis a gñali potestate. Siq̄dem per hanc cognitionez actingit humanus intellect⁹ possibilitates τ impossibilitates entiuz τ facit iudiciuz affirmādo vel negando in cōclusione eoruz entiuz siue rerum sub rōe potestatis q̄sitaꝝ conseruādo diffinitionez τ explanationē potestatis

De sapientia. F.

Sapientia est propietas rōne cuius sapiens intelligit. In angelo τ hoīe est sapia ps sbe sbaliter τ accñtalr̄. Sbalr̄ quidez ē vt hūan⁹ intellect⁹ sit de eēntiali intellectiuo bili τ ere. τ vt bōitas satisfaciat et sbalr̄ de semetipa et magnitudo similr̄ τc̄. τ B vt intellect⁹ sit bon⁹ τ magn⁹ sbalr̄ Quiq̄dez intellect⁹ satisfaciat de se ipo ceteris principijs sbe q̄ sunt scibilia sbalr̄ τ sunt p̄ncipia scita τ sbalia. quod fieri non possz si intellect⁹ nō eēt pars sbalis in sba. Est ḡ intellect⁹ ps sbalis in sba q̄ appellat̄ aīa rōnalis τ angelus: in quo intellect⁹ ē ps sbalis sub rōne cui⁹ sapiens res ītelligit. ¶ Intentio quare sapia poita ē in hac arte stat in B vt cū illa veritates rerū scibiliū attigant̄ q̄ sunt intelligibiles in intelligibilitate eēntiali intellect⁹: in qua intellect⁹ attigit intelligibilitates q̄ nō sunt de sua eēntia. τ de illis facit accñtalr̄ suuz instrumentū ad inuestigandū suā propriaz intelligibilitatem. τ ad suū intelligere iuuāt bonitas magnitudo τc̄. sic̄ ipa que cuz alijs p̄ncipijs intelligēdo iuuat ad bonificādū magnificandū alios act⁹ p̄ncipioꝝ bonificabiles magnificabiles τc̄. Et oīa ista intellectus intelligit in p̄ncipiorū mixtione. iuuāte quolz p̄ncipio qd̄lz aliud vt sit intelligibile. ¶ Ponit̄ et sapia in hac arte vt sit vnum de p̄ncipijs illi⁹ ad hn̄duz cognitionez de instinctib⁹ entiuz nāliuz: q̄ sunt signati τ figurati in imagine intellectus. nā sic̄ artificialr̄ ars docet inuenire particulares itelligibilitates: in vl̄i intelligibilitate ita docet inuenire instinct⁹ nāles τ specificos in naturis gñalibus.

De voluntate G

Uolūtas ē id p qd̄ bonitas magnitudo τc̄. sunt ōsiderabiles siue amabiles. Est igit̄ bonitas amabilis ppt̄ B vt sit magna: q̄m in sua amabilitate ē magna. τ propt̄ B bonitas ē magna q̄ ē amabilis. τ sua amabilitas ē bona τ magna. τ iō volūtas ē bona τ magna q̄m amat bona τ magna. τ sūt ētiā amabilitates q̄m volūtas ē B qd̄ ē. sine

qua nulla foret amabilitas. qm̄ eoꝝ amabilitates sunt rōne amabilitatis essentialis voluntatis. in qua eēntiale amatiuum accipit ⁊ actingit illas amabilitates. Volūtas ista ↄtinet in se eēntiale amatiuū bile ⁊ are. vt alia entia sunt bona ⁊ magna ad amandū: quoꝝ amabilitatē amatiuū attingit in suo amabili ꝓprio et in sui ꝓprio amat subiectacto accn̄tali amabilitati entiuz vestito ⁊ hītuato accn̄tale amare. Est ḡ voluntas de eēntiali amatiuo amabili ⁊ amare: vn̄ hēre pōt bonū magnū ⁊ durabile amare ad amandū. ¶ Voluntas est ymago hūani intellect⁹: q̄ in illa attingit appetit⁹ naturales eēntiales sbales ⁊ accn̄tales ita sic ignis in quo ē eēntiale ⁊ sbale ignificatiuū bl'e ⁊ are. significatiū hn̄s appetitū sbalē sub rōne forme: ⁊ significabile sub rōne materie: ⁊ significare exn̄s ↄiūctio vtriusqꝫ. ¶ In istis aūt appetitib⁹ sbalib⁹ sunt accn̄tales appetit⁹ sustētati: et qꝛ de ipso appetitu sbali nascunt̄ ⁊ demonstrant̄ sic calefacere qd̄ nascit̄ de ignificare sub rōne caloris ⁊ sic de ceteris rebus similib⁹ istis. ¶ Intentio q̄re volūtas poita ē in hac scia ē vt sit vnū de principijs illi⁹. et vt cuꝫ ipsa hēat cognitio reꝝ amabiliū ⁊ ↄsiderabiliū ⁊ appetituū naturaliū quoꝝ hēre poterit cognitio scd̄ꝫ diffinitionē ⁊ explanationē voluntatis ⁊ mixtionēꝫ: quā hēt cū ceteris principijs. Naꝫ sic hētur cognitio in bonitate cū magnitudine ⁊ de eēntiali bonificatiuo: ita hēri poterit cognitio cū voluntate ↄ eēntiali appetibl'i vt voluntas magna sit in amatiuitate: ⁊ appetiblis in appetibilitate. ⁊ hoc idē sequit̄ de duratione ⁊ de ceteris principijs. contrarietate excepta q̄ non est principiuꝫ sbale cū qua pōt hēri cognitio in reb⁹ odiblib⁹ sub ratione bone ⁊ magne voluntatis.

De virtute   H.

Virt⁹ ē origo vnionis bonitatꝫ magnitudinis ⁊c. ī vno bono magno ⁊c. Orit̄ aūt virt⁹ de bonitate in magitudine duratione: ⁊ de magnitudine in bonitate ⁊ duratione: ⁊ ↄ duratiōe in bonitate ⁊ magitudine. ⁊ sic de ceteris principijs sbe. et h̄ ē vt q̄libet ptiū sit hītus ꝟtuosus in vna bona magna ⁊ durabili sba: q̄ hēat rōnēꝫ ꝟtuosam vtendi opationib⁹ suis scd̄ꝫ hītus suos virtuosos. Vn̄ rōne hui⁹ sba hēt operationem virtuosaꝫ intra se ⁊ ex̄. et ob id opationes alioꝝ principioꝝ virtuose existunt ita ꝙ bonitas bonificat suū bonificatiuuꝫ virtuose in suo bonificare vt suū bonificatiuū sit bonū ⁊ ꝟtuosuꝫ. De hac virtute q̄ oritur de vnitatib⁹ simplicib⁹ principioꝝ stat cōstituta et indiuiduata vnitas sbe: q̄ hēt vnā ꝟtutē de omnibus principijs virtuose bene ⁊c. Que q̄dē ꝟtus in multa pn̄a diffusa e st: cū pn̄a sbe sint pl'ra: oriens de vna ꝟtute sbali et se multiplicāŝ i ꝟtutē ⁊ in m'ltitudinē pncipioꝝ vt fiat m'tiplicatio sbe q̄ hēat i se m'tiplicatōnē opationū ꝟtuosaꝝ. ꝟtuti aūt insunt correlatia siue eēntialia concreta virtuificatiuū bl'e ⁊ are. ¶ Virt⁹ posita ē in hac arte. s. vt cū illa inuestigent̄ ꝟtutes spāles i ꝟtute generali/ quā dixim⁹ vtqꝫ cū ꝟtute cognitauī⁹ pcipij inuestiget ꝟt⁹ incognita alteri⁹ principij. Et talis cognitio hēri pōt inq̄rendo ꝟtutē generalē existentēꝫ intra sbaꝫ. ⁊ in plures pncipioꝝ ptes diffusaꝫ: de q̄b⁹ sba extat ↄpoita. Et ea q̄dē ꝟtus tranmitit similitudinē suā ex̄ ad pn̄a in alijs sbis existentia. vn̄ ꝟt⁹ existit in lapidibus et herbis.

De veritate   I.

Veritas ē id qd̄ ē verū de bo^te mag^ne ⁊c. Est igit̄ bo^tas mag^do ⁊c. ⁊ ex quo bōitas ē oꝫ ꝙ sit veritas: qm̄ sine veritate bonitas eē nō pōt. est ḡ veritas in qua bonitas ē sustentata ⁊ ↄstitura. Ig veritas ē h̄ p qd̄ bonitas ⁊ cet'a pn̄a sbe existūt. ⁊ qm̄ pn̄a sūt pl'ra se multiplicat veritas generalis in plures ꝟitates spāles de quib⁹ pn̄a sunt hītuata. q̄ruꝫ hītus sunt rōnes eū deꝫ pn̄^ij vt sint ↄtra falsitatē. Propt̄ qd̄ sba multiplicata est de suis pncipijs sub rōne ꝟitatꝫ ⁊ nālr̄ est cōtra falsitatē in reb⁹ exterioꝛib⁹ exn̄teꝫ: vt veritatē ipaꝝ actingat. quā q̄deꝫ actitioneꝫ qōlꝫ pncipioꝝ iuuat cuꝫ sua ꝓpria rōne nāli. Ob quā pfecto cāꝫ sbe aīate actingūt veritateꝫ in obiectꝫ sibilib⁹ ⁊ instinctus nāles in reb⁹ vegetabilib⁹ Ideꝫ suo m^o sequit̄ de actintiōe intellectuali ⁊ elemētali. Ideꝫ sequit̄ de ꝟitate firmamēti. qd̄ scd̄m suos instinct⁹ nāles actingit ꝟitatē rerū inferioꝝ qui ab illis instintib⁹ recipiūt influentiā. ¶ Veritas ē ḡnale instrumētuꝫ in hac arte cuꝫ quo actingunt̄ ꝟitates spāles sustētate in ptib⁹ sbaꝝ ⁊ in operib⁹ que hūt ex̄ se in illis suaꝫ similitudinē imp̄mēdo figuralr̄. ⁊ ꝓpter h̄ hēri pōt noticia de veritate in scientijs ⁊ in sectꝫ. ⁊ ad destruc̄dū errores/ scd̄m p̄ticā isti⁹ scientie.

De gloria.   K.

Gloria ē ipa delectatio in q̄ bonitas mag^do ⁊c. q̄escūt. Est igit̄ gl'ia prin^m sbale in sba vt mag^do hēre possit q̄eteꝫ in se ⁊ magnā gl'iā in se ipa ⁊ in cet'is pn̄^ijs. qd̄ eē non pōt si gl'ia non eēt prin^m sbale in sba. qm̄ si esset tantū m^o pn̄^m accn̄tale hēret mag^do in suo ↄrio quietē: qd̄ est puitas gl'ie: ⁊ in puitate gl'ie ceteroꝝ pncipioꝝ. vn̄ seq̄ret̄ ꝙ malitia eēt ↄtra bonitatē ⁊ puitas ↄtra mag^nem ⁊ sic de cetꝫ prin^ijs. Sꝫ tuꝫ ista sint impossibilia necesse ē ꝙ gl'ia sit quies cuiꝫ principioꝝ scd̄m coꝝ ꝓꝓetates ⁊ nās. ⁊ vt in sba sit sbalis delectatio: ad quā hēāt appetitū instict⁹ nāles. Est ḡ gl'ia in sba ps sbalis sbe in plueres ptes diffusa sub cui⁹ rōne sba se mouet ad delectatōeꝫ nāleꝫ intra se ipaꝫ ⁊ cōseruat suiꝫ esse in q̄tuꝫ pōt. ⁊ suaꝫ similitudinē ex̄mitit vt opationes extinsece

quietē hēant ⁊ dlectatōnē i ea similitudīe. Uñ
fit q̄ hoīes nālr̄ delectant̄ in audiēdo magnas
bonitates ⁊ vidēdo res pulchras ⁊c̄. possidēdo
magnas diuicias ⁊ sic de hmōi reliq̄s. ¶ Glia ē
pncipiū gñale in hac arte cuz qua actigunt̄ de-
lectatōes sp̄ales ⁊ placita sp̄alia scḋm diffini-
tōes ⁊ explanatōez gl'ie ⁊ pcessū isti⁹ scie. Quē
admodum volūtas q̄ tūc hʒ appetitum ꝯpletuz
qñ su⁹ finis q̄etē hʒ in pncipijs sb̄e: ⁊ in similitu
dinib⁹ eoꝝ i opatōes exteriores tralat̄. scḋz viā
ꝯcor' ꝯ̄ ꝯ̄rietatē ⁊ puatōez diffinitōez ⁊ nāꝝ pn-
cipioꝝ.

De differentia. B.

Differētia est id ꝑ qḋ bonitas mag⁹ᵒ ⁊c̄ sunt
rōnes incōfuse siue clare. ⁊ bōificās bonifi
cabile ⁊ bonificare ⁊c̄. in ꝯfusa. Opʒ āt q̄ dr̄a sit
vniuersale ⁊ sb̄ale pncipiū i sb̄a vt res eē valeāt
sb̄alr̄ distīcte ⁊ differētes adinuicē. ⁊ vt dr̄a sub
rōne mag^nis durōnis ⁊ ptātis stare faciat sub ge
nerib⁹ mltas spēs ⁊ sb̄ spēbus multa indiuidua
sb̄alr̄ ita q̄ vna spēs nō sit alia. nec vnū indiui-
duū aliḋ. ⁊ vt inqualʒ ꝑtiū sb̄e dr̄a eēntialis ⁊ sb̄a
lis sit rō ad eēntialia sb̄alia vno distīcto ab alio
sub rōne actōnis ⁊ passionis. sic in boni^te in qua
ē sb̄ale ⁊ eēntiale bonificatiuū bile ⁊ are. in ma-
gnitudīe magnificatiuū bile ⁊ are. ⁊ int̄ boni^tem
⁊ mag^nem ⁊c̄: in quib⁹ sūt sb̄atiuū sb̄abl'e ⁊ sb̄are
sub rōne eēntie sb̄e. ⁊ forme ⁊ materie ⁊ ꝯiūtōis
ipi⁹. quod fieri nō possʒ si dr̄a esset pn^m accñtale
tm̄. nā oīa q̄ sunt eēnt vnuʒ idēʒ numero sb̄alr̄ ⁊
multa forēt accñtalia. vñ seq̄ret̄ puatio siue diffi
nitōis: de q̄ q̄dēʒ puatiōe seq̄ret̄ ꝯ̄ria diffinitio
⁊ explanatio dr̄e: et ea ꝯseq̄ntia ē impossibilis.
¶ Intētio q̄re dr̄a ē vnū de pncipijs hui⁹ scie ē
vt cuʒ illa inuestigem⁹ entia distincta sb̄alr̄ ⁊ ac
cñtalr̄. ⁊ vt videam⁹ nās ⁊ modos quare res sūt
differētes. nā tāgendo ipās cū dr̄a ⁊ ꝯseruādo ei
suā diffinitōez ⁊ explanatiōez actigunt̄ ipi modi
nature ꝑ q̄s alie non sunt alie. sic si tāgit̄ boni
tas cū dr̄a magna actingit̄ in boni^te dr̄a magna
in ꝯcor^a duratiōne ⁊ ptāte bonificatiui abl'is. et
are: ⁊ tāgēdo caloreʒ cuʒ dr̄a actingit̄ accñtalis
actio ⁊ passio ⁊ sic de cet̄is reb⁹ simulib⁹ ist̄. In
tm̄ q̄ cuʒ dr̄a actingunt̄ pn^a simplitia: qm̄ ipa ē
lumē in quo apparet rōnes reales. apparēt ēt in
ea ꝯpositiōēs et opatōes eoꝝ: ita q̄ in sb̄a ma-
nifestant̄ ꝑticularia differentia quesita.

De concordantia. C.

Concordātia est id ꝑ qḋ bonitas mag^oo ⁊c̄
in vno ⁊ in plurib⁹ ꝯcordāt. Concordāt āt
bonitas magnitudo ⁊ durō in vno in q^m ꝯcor-
dant: vt sit vna sb̄a ex multis partib⁹ sb̄alib⁹ ⁊
accñtalib⁹ ꝯstituta. in ipā q̄dem sb̄a ꝯcordant
bonitas cū mag^ne vt sit magna sub rōe mag^nis ⁊
mag^oo bona sub rōe sic de cet̄is pncipijs q̄ omia
ꝯcordātiaʒ hūt adinuicē. excepta ꝯ̄rietate que
ꝯcor^e ꝯ̄riat̄ vt sit h̄ qḋ est. nihilomin⁹ tm̄ accñta
liter cōcordat cuʒ illis sub rōne ꝑpe passionis ⁊
secūdarie intentōis. ⁊ vt ꝯcor^a sit sub ꝑpria ac-
tione ⁊ pmaria intētōne hac rōne. s. vt in mag^ne
delectatōis ꝯcor^a q̄eteʒ hēre possit. ¶ Cōcor^a ē
pncipiū sb̄ale de quo nascunt̄ ⁊ viuūt cōcor^e ac
cñtales: sʒ ille q̄ patiunt̄ sub ꝯ̄rijs qualitatibus
recurrūt ad ꝯcordātiā sb̄abl'eʒ gñaleʒ que domi
nium habet supra ꝯ̄rietateʒ generalē accñtaleʒ
in ꝯ̄rias quali^tes diffusaʒ. gr̄a cuius eē sustenta-
tuʒ est in ꝯcor^a ⁊ pnatō in reb⁹ ꝯ̄rijs. vñ sequit̄
ꝯcor^a inter eē ⁊ nō esse ꝑ viā gñatōis. ⁊ ꝯ̄rietas
per viā corruptōis. In ista ꝯcor^a vniuersali quā
dixim⁹ ꝯcor^e particl'ares q̄site sunt inuestigāde
tangēdo ꝯcordātias incognitas cuʒ ꝯcordātijs
cognit̄ siue not̄ ita q̄ ꝯcor^a vl'is remaneat h̄ qḋ
est scḋm suā diffinitionē ⁊ q̄ principia possint in
tra sb̄aʒ eē cōcor^a ⁊ in operatōnib⁹ quas hʒ sb̄a
extra se in alijs sb̄ijs. s. in medio eaꝝ: ꝑ qḋ quidē
mediuʒ transit ꝯcor^a de vna sb̄a ad aliam.

De contrarietate. D.

Contrarietas ē quorū daʒ mutua resistentia
ꝑpter diuersos fines. Cōtrarietas āt est id
rōne cui⁹ diuersi fines sibi adinuiceʒ ꝯ̄riantur.
Contrarietas ē in diuersis finib⁹ accñtalr̄ ⁊ nō
sb̄alr̄. naʒ si eēt sb̄alr̄ eēnt alij fines ꝯ̄rij alijs fini-
bus sb̄alr̄. sic bonitas que eēt ꝯ̄ria fini magnitu
dinis ⁊ mag^oo fini bonitat̄ sb̄alr̄. ⁊ sic de alijs pn
cipijs. Uñ finis non possʒ eē qui es aliquoꝝ pn
cipioꝝ nec ꝯcor^a possʒ eē maior in bonitate ma
gnitudine durōne ⁊ potestate q̄ꝫ ꝯ̄rietas. et sb̄a
ꝯposita eē non possʒ de suis partib⁹. Est ḡ ꝯ̄rie
tas pn^m accñtale tm̄ m^o. ¶ Que q̄deʒ ꝯ̄rietas
est pn^m vl'e diffusuʒ in pncipijs sb̄e in quib⁹ sunt
fines ꝯ̄rij. q̄r non possunt remanere in illa sb̄a ꝑ
gressa de corruptōe per viaʒ gñationis. q̄ q̄deʒ
sb̄a inclinatōnē hʒ ad coruptōneʒ q̄ cū ꝯ̄rietate
ꝯcor^am hʒ intra sb̄aʒ ꝯ̄ fineʒ cōcor^e. Ex hac vni
uersali ꝯ̄rietate sunt ꝯ̄rietates ꝑticulares que i
sb̄a cōsistūt. vtputi caliditas ⁊ frigiditas. siccitas
⁊ humiditas. pōderositas ⁊ leuitas. ⁊ sic de ce-
teris reb⁹ similib⁹ istis. q̄ inclinatōeʒ hēnt ad fi
nes ꝯ̄rios. In hac quideʒ ꝯ̄rietate vniuersali q̄ꝫ
diximus apparēt ꝯ̄rietates particl'ares quesite
tangendo siue temptādo vnaʒ cum alia ⁊ cum
ꝯcordantijs ꝑticularib⁹ ꝯseruādo diffinitionem
ꝯ̄rietatis ⁊ ꝯcordātie. Hec autē ꝯ̄ri^tas vl'is que
est in sb̄a transmitit suam similitudineʒ in alias
sb̄antias ex pl'ribus ꝑticularib⁹ ꝯ̄rietatib⁹ mul
tiplicatas. que q̄deʒ similitudo transit ꝑ spatiū
qḋ mediat inter vnā sb̄aʒ et aliā ⁊ ꝑpterea sunt
ꝯ̄rietates ex̄ sb̄aʒ. sic bonū et maluʒ. virtutes ⁊
vitia. ⁊ alij homines ꝯ̄ alios ⁊ sic de ceteris. in qb⁹
ꝯ̄rietas ē sustentata. s. in herb̄ verb̄ ⁊ lapidibus
veritate ⁊ falsitat actōe ⁊ passione. ⁊ hmōi reliq̄.

De principio E

PRincipiuȝ ē id qđ ſe hȝet ad omīa rōe alicu
ius ꝑncipatio. Deꝰ aūt ē pñcipiū omīū crea-
tuꝝ. ſȝ nos intēdimꝰ loqui de pñcipijs creatis
naturalibꝰ. Principiū igit̃ ē ante omēs ꝑtes ſbe
in quo ipe ꝑtes ſunt incepte. et iđ principia ſbe
ſunt ſub rōe generalis principij qđ illas ꝑtes in
duit ſimilitudinē ſuaȝ ita ſic ꝑtes ſimilitudines
ſuas ipſ principiuȝ induunt. ſic bonitas ſub cu
ius ratione pñm ē bonū ⁊ magnitudo ſb ratione
cuiꝰ pñcipium ē magnū. et ſic de alijs. Vñ rōe
huiꝰ pñcipij ita in ſbā ſunt multe bonites ſub rōe
bonitatis generalis et ſic de magnitudine ⁊c: ſi
cut mīta pcipia ſub rōe general' pñcipij ſbalis
qđ ē pñm in partibꝰ ſbe q̄ in ipo ſunt pñcipiate.
Quedā aūt pña ſunt magis generalia: qȝ alia
ſic pña forme ⁊ materie generalis. ſub quibꝰ pñ
cipia ſunt pña firmamēti. ⁊ quatuor ſbaꝝ mūdi
ſ. quatuor elemēta. et ſub iſtis quatuor ſtāt pña
indiuiduata elemētata ſuſtentata in ſbijs q̄ ſub
ſtāt pñis ſpālibus. q̄ quidē ſpālia ſtāt ſub gene
ralibꝰ vt diximꝰ. Alij quidē mōi ſūt pñcipioꝝ
que ſuſtentantur in rebus exñtibus eꝶ ſb as: q̄
ſunt artificiata: ſub quoꝝ rōne ſunt principiate
artes liberales mechanice ⁊c: que poſſunt ſciri
ſub forma (quā diximꝰ) principij. In vniuerſa
li pña appent pña pticlaria ipo in ꝑtes ſbe dif
fuſo. quēadmodū diffuſuȝ ⁊ extēſuȝ pñcipiū in
bonitate facit bonitatē ſtare pñm ſimplr ĝnale
intātū ꝙ ꝰ bonitatē nō ē alia eē q̄ bona ſit extra
rōnē bonitatis. Et illa q̄dē in ĝnali bōitate facit
pñm ſtare ſeipȝ ſuſtētam i bōificatio abl'i ⁊ are
q̄ ſunt pña bonitatis ⁊ ĝnalis pñcipij qđ i bōite
pōit ſuā ſimilitudinē. Et ħ idē ſequit̃ de magte ⁊
de alijs pñbꝰ ſbe. Propt qđ vl't auctor huiꝰ artis
miſcēdo oīa pña adinuicē ꝙ fiat iudiciū de pñiis
queſitis ſcđndo proceſſuȝ quē diximꝰ de pñio.

De medio. F

Mediū ē ipȝ ſbm p qđ finis iſluit pño ⁊ pñm
refluit fini. qđ. ſ. ſbm nāȝ ſapit vtriuſqȝ. Me
diū ē ſbȝ fini i quātū finis iſluit pño ſuā ſimilitu
dieȝ ⁊ ſbȝ pño i ꝙm pñm refluit fini illā ſilitu
dinē de qua finis ipȝ i duit. Itē pñm refluit ſuā
ſimilitudieȝ fini vt finis ſit pñm idutū ſilitudie
ĝnalis pñii. Vñ rōne influētie ⁊ refluētie am-
boꝝ ē cōſtituta ſba de ambobꝰ exñs i medio: ⁊ eſt
mediū ſiale in q̄ omſ ſue ꝑtes ſūt ſuſtente cōiūctū
ē ipis: ⁊ oēs ꝑtes ſunt cōiuncte i ipo. et ſba ē p oēs
illas ⁊ oēs ꝑtes p totā ſbaȝ. ⁊ ꝓpt'a nā non pōt
ſuſtinere aliqđ vacuū: ſȝ ōȝ ꝙ omīa loca ſint ple
na rebꝰ nālibꝰ: vt int' pñm ⁊ fineȝ nō exiſtāt res
vacue. nā ſi vacue exiſtē poſſēt: nō eēt mediū int'
ambas. ſic i bonite in qua bonificare ē mediū int'
bōificatim ⁊ bonificabl'e ⁊ i volūtate velle inter
volitiū ⁊ volibl'e. Et ħ idȝ ſeqt̃ de medio qđ eſt
int' bonitatē ⁊ magtum ſic duratio q̄ eas cōtinu
git idurare. Et ptās ipoſſificare: ⁊ ſapīa q̄ eas
cōiūgit i intelligere: ⁊ ſic iſtictꝰ nālis q̄ ducit reo
nālis exiſtētes bonas ⁊ magnas ad fineȝ ⁊ ſic de
cetis medijs ſbe q̄ exiſtūt in ipa. Itē idē dicēdū ē
de medijs q̄ ſtant inter alias ſbas ⁊ alias. In
hoc aūt medio poſſunt actingi media pticlaria
q̄ſita cōſeruādo id qđ de vlī medio diximꝰ i cōclu
ſione. et ħ affirmādo vl' negādo. nā ea q̄ predi-
ximꝰ de illo ſunt p ſe nota ⁊ manifeſta hūano in
tellectui. q̄ ſub rōne pñcipioꝝ accipit vera oba:
qñ volūtas ipa diligit ſub rationibꝰ p quas oba
ſunt diligibilia vl' odibilia.

De fine G.

Finis ē id in quo pñm quieſcit. Siq̄dē pña
quieſcūt in ipo fine ꝓpt' quē ſunt. ⁊ iſte finis
eſt deꝰ grā cuiꝰ omīa ſunt. Sub iſto aūt fine
ſunt alij fines in quibꝰ pña ſbe quieſcūt qñ acti
gūt ħ quare ſunt. ſic bonitas magto ⁊c. q̄ q̄eteȝ
hñt qñ cōſtituūt ſbam ⁊ eā cōponūt de ſe ipis: et
ipa agit ſub rōne ipaꝝ remanēte q̄libet pte ſim
plici ſub ſua ꝓpria rōne. Idē ſequit̃ đ fine exiſtē
te in qualȝ ptiū. ſic in bonite in qua bonificare ē
finis bonificatiui ⁊ bōificalis. ⁊ in volūtate ama
re qđ ē finis amatiui ⁊ amalis. ⁊ in viſu corporali
videre qđ eſt finis viſitiui ⁊ viſibilis ⁊ ſic de cetis
rebꝰ nālibꝰ ſimilibꝰ iſtis. Hoc ideȝ ſeqt̃ de fi-
nibꝰ artificialibꝰ accñtalibꝰ: q̄ ſunt ſecūdarij. q̄
in finibꝰ primarijs nālibꝰ quieſcūt. ſic pña ferri
q̄ quietē hñt in ſuo fine: q̄ ē ſb fine hōis. qm̄ ſi hō
nō eēt/ pña illa finē nō hērent in quo q̄eſcerēt.
ħ ideȝ ſequit̃ de maiorite in fine ferri et auri. qm̄
in fine ferri maiorē quietē hñt ꝙ̄ in fine auri. qꝛ
hō plus indigit ferro ꝙ̄ auro. Silr̄ ſeqtur de
pñiis calamite/ſiue magnetis ⁊ ferri: q̄ maioreȝ
q̄etē hñt i fine nautaꝝ ꝙ̄ in ſe ipis ⁊ ſic de pñiis
hoīnis q̄ hñt maiorē q̄etem in deo ꝙ̄ in fine cuȝ
quo ſunt cōiūcta i ſba. ⁊ ſic de cetis rebꝰ ſimilibꝰ
iſtis. Eſt finis nālis ſbalis vt pña ſbalr̄ q̄eteȝ
hr̄e poſſint ſic hō qui ē finis ſbalis aīe et ſui cor-
poris. ⁊ ſba q̄ eſt finis ſbalis fore ⁊ matie. Sūt
alij fines q̄ ſunt accñtales vl'uti meritū qđ eſt fi
nis cōſtitutuȝ lucrataꝝ ſiue acquiſitaꝝ. ⁊ grā q̄ eſt
finis virtum donataꝝ. ⁊ ſic de rebꝰ hmōi. In
fine ĝnali mixto cū pñiis ĝnalibꝰ reuelāt' ⁊ ma
nifeſtant' ſpāles fines q̄ſiti. qm̄ illa mixtio ē ĝnā
le obm hūano intellectui in quo appēt ſecreta fi
niuȝ icogta eꝶ ĝnaleȝ mixtionē ſupdictā. ⁊ ob eā
cāȝ finis ponit' in hac arte vȝ vt ſit ĝnale pñm i
quo apparent ⁊ relucēt fines ſpāles ſm ꝓceſſuȝ
iſtius ſcie.

De maioritate. H.

Maioras ē ymago immenſitatis magnis bonitis
eternitis et cetaꝝ di digtam. Que q̄dē maioras
ſbalis ē ⁊ accūtalis q̄ ſunt ꝑtes ſbe. Maioras
ſbalis ē vt eē poſſit ymago imēſitatis magnis: cui
cōuenit ymago ſbalis ſȝ magnium bonitis. durōnis

ptãtis. sapie. volũtatis. ꝟtutis. veritis et glie vt in ipa ymagie sbali possit ipa immẽsitas meli⁹ repsentari hũano intellectui cũ sit rõ naturalis ꝙ i pte sbali capiatꝛ plus de similine ꝛ signine q̃ꝫ i pte accñtali. ¶ Est adhuc maioritas ps sbalis vt ptes sbe sint sbalr maiores q̃ꝫ accñtalr. sicut forma ꝛ materia: q̃ sũt maiores ptes sbe q̃ꝫ color ꝛ sapor ipi⁹. Et idẽ sequitꝛ in q̃libꝫ pte sbe. sic in bonitate in qua bonificare ẽ mai⁹ q̃ꝫ in magnine. et sic de bonificatio ꝛ bonificali. p quã quidem maioritatẽ sbalẽ põt eẽ quelꝫ ps sbe maior sbalr scd̃ꝫ suã ppaꝫ rõnem ꝛ naturã q̃ꝫ fm rõnem ꝛ propaꝫ naturã alteri⁹ ptis. ꝛ hoc idẽ sequitꝛ de magnitune in qua ẽ maior bonitas sbaliter q̃ꝫ accñtaliter. Que q̃dem magnido accñtalis ẽ similitudo sua quã dat bonitati durõni ꝛ ceteris pncipijs. Hec ãt maioritas sbalis dat suaꝫ similitudinẽ ptibus sbalib⁹ sbe: vt earꝝ maioritates sbales hẽant generale sbm in quo possint stare: ꝛ vt sit fons vñ oriantꝛ custodiantꝛ ꝛ fortificẽtur. Porro hec maioras sbalis: q̃ ẽ intra sbaꝫ trãsmitit similitudinẽ suaꝫ in ptibus ex: vt alie sbe sint maiorꝭ: qꝫ alie. Sic sba hois q̃ trãsmitit maiorem similitudinẽ ex q̃ꝫ sba equi. naꝫ sba hois de plurib⁹ ꝛ meliorib⁹ partib⁹ cõstat. Sunt ẽt in hoib⁹ maioritates quorꝝ quidã sũt maiores q̃ꝫ alij in quãtitate vel in bonte vl' in potestate ꝛ sic de ceteris reb⁹ similib⁹ istis. ¶ Ponitur maioritas in hac arte vt in sua vniuersalitate mixta cũ vniuersalitate cui⁹libet aliorꝝ pncipiorꝝ appareãt pticulares maioritates q̃site. ꝛ vt sub rõne maioritatis hẽatꝛ cognitio q̃modo partes sbe sũt maiorificate transeũte quolibet pn° in quolibet alio transbalr. vt sba possit eẽ. et vt ipa maioritas se possit multiplicare in partibus sbe. sic maioritas q̃ se multiplicat in bonitate: existe bonte maiore in bonificatiuo bl'i ꝛ are: q̃ꝫ in vno istorꝝ tm̃. vl' q̃ꝫ in ambob⁹ tm̃. vl' in se ipa sine istis. Idẽ sequitꝛ de sba in qua forma ẽ maior q̃ꝫ materia et ob id ɔ̃ficit materia forme sic forme ignis cui maťia lignorꝝ sufficere nõ põt. nec scd̃a itẽcio p̃ine: vnde omia ista ꝛ multa alia representantꝛ in vniuersali maioritate/sequendo processum isti⁹ scientie.

De equalitate J.

Equalitas est sbm in quo finis ɔcor' bonitatis magnis eternitatis ꝛc̃: quiescit. Est q̃ equalitas sbalis in qua sunt sustentate equalitates accñtales. et in qua finis concor'. bonitatis ꝛc̃. q̃escit (vt dictuꝫ est) hac rõne .s. vt in qualꝫ ptiũ sbaliũ sint equales ptes essẽtiales sic in bonitate bonificatiuũ bl'e et are q̃ equalr de sua eẽ existũt. hoc idẽ suo modo in sapia sequitꝛ in qua intellectiuũ intelligibl'e ꝛ intelligere eẽntialr sũt equales. Item ẽ equalitas quã bonitas magnitudo ꝛc̃. hẽt sbalr vt sint ptes equales sbe. ¶ Est etiã equalitas accñtalis inter pna vt q̃libꝫ eorꝝ hituatũ ꝛ vestitũ sit a q̃lꝫ alio vicissꝫ. sic bonitas q̃ ẽ magna sub rõne magnis ꝛ magdo bona sub rõne bonitatis. Et ee q̃dẽ due rõnes eq̃les accñtales sustẽtantꝛ in eq̃lib⁹ sbalib⁹ rõnib⁹. Hec aũt eq̃litas i sba exñs trãsmitit similitudinẽ suã i opacionib⁹ ex. quẽadmoduꝫ hõ q̃ sub rõne bonitatis magnis agit aliq̃d op⁹ eq̃lr bonũ ꝛ magm sbalr ꝛ accidentalr. sbalr quidẽ sic homo q̃ equalr generat hominẽ bonũ ꝛ magnũ. accñtalr ꝟo sic medic⁹ qui medicinã gradat de equalib⁹ gradib⁹ quãtitatie ꝛ pporcõnalr. Quãtitatie quidẽ q̃ñ ptes sũt in equalib⁹ quãtitatib⁹ scd̃ꝫ pod⁹ ꝛ mẽsuras. pporcõnalr ꝟo sic gradare in decoctiõe primũ gradũ frigiditatis cũ 2° gradu hũiditatis ꝛ cum 3° siccitatis et cum 4° caliditatis ꝫ quartũ gradũ frigiditatis ꝛ terciũ hũiditatis et scd̃ꝫ siccitatis ꝛ primũ caliditatis ꝛ sic de alijs rebus similib⁹ istis. ¶ In hac generali equalitate supradicta actigi possunt equalitates spãles q̃site ꝛ aperiũtur obscuritates p quas res naturales ꝛ artificiales secrete existũt sub rõne equalitatis q̃ q̃dem eq̃lias appetit miscendo principia equalr alia i alijs vt equalitas illorꝝ naturaꝛ possit actigi in qua significatꝛ ꝛ appetit artificialis eq̃litas.

De minoritate. K.

Minoritas ẽ ens circa nihil. dictũ ẽ ꝙ minoritas est ens circa nihil: qꝛ nõ est aliquid q̃d sit ita ppe nihil sic minoritas. naꝫ si esse posset minoritas nõ eẽt h̃ q̃d ẽ. ꝛ etiã maioritas pderet suũ eẽ. idẽ suo modo seq̃retꝛ de equalitate q̃ stat inter maioritateꝫ ꝛ minoritatẽ. itẽ non esse esset aliquid. q̃ omia impossibilia sũt ꝛ incõueniẽtia. Minoritas ẽ ps sbalis sbe in qua sustentantꝛ minoritates aliorũ principiorꝝ: ꝛ p quaꝫ ptes sbe se hẽnt ad non eẽ. quemadmodũ simplex bonitas in qua est ita magna minoritas ꝙ per se ipaꝫ eẽ non põt nec stare h̃ q̃d ẽ. sꝫ opꝫ ꝙ sustentetur in alijs ptib⁹ sbe. ꝛ ꝙ sit in ill' ꝛ per illas. et q̃ñ ptes ille ɔ̃ficiũt bonitati: deuenit bonitas ad pvationẽ per viã corruptõnis q̃ cuꝫ minoritate hẽt ɔcordantiaꝫ. Hec autẽ minoras q̃ est intra sbam trãsmitit ex suã similitudinẽ sub cui⁹ rõne sunt aliqua minora q̃ꝫ alia ꝛ aliqua ppi⁹ ad non eẽ q̃ꝫ alia. vt in infirmitate in qua ptes sbe sunt minores q̃ꝫ in sanitate. ꝛ idẽ sequitꝛ in pccõ suo m° in q̃ magis sunt prope ad non esse q̃ꝫ in virtute. quapropꝛ hoies sub rõne minoritatis accidentalr sũt pccãtores ꝛ diligũt plus ea q̃ ignobilia sunt q̃ꝫ ea q̃ sũt nobilia. ꝛ q̃nto plus sũt pccõres tanto plus multiplicãt maioritateꝫ minoritatis ꝛ maioritatẽ viciorꝝ. ¶ In hac minoritate generali predicta actingitꝛ veritas spãliũ minoritatũ discurrẽdo minoritatẽ p alia pna scd̃ꝫ suã ppaꝫ ppetateꝫ sbalem ꝛ scd̃ꝫ ꝙ ẽ accidẽtal' ꝛ scd̃ꝫ ppe

tates ꝛ naturas aliorū principioꝝ. ꝛ ad huc ſm̄ hoc ꝙ minoritas eſt in qlibet. et ſcḋ3 id ꝑ qḋ illa ſunt in minoritate ꝯ maioritatez. vl' ſcḋ3 id ꝑpt' qḋ ſunt ipſa p̄nᵃ ꝯcorᵃ cum minoritate. ¶ Dictū ē de diffinitōibꝰ p̄ncipioꝝ ꝛ eoꝝ explanatiōibꝰ ꝛ ſignificata ꝛ intētio ꝑpter quā ſunt in hac ſciēcia. Et qm̄ p̄nᵃ ꝛ diſfinitiones eorū ꝯuertunt' ꝛ p̄nᵃ ſunt generalia omībꝰ ſciētys requirit ars ꝙ ea q̄ q̄runt' inueſtigent' affirmatie vel negatie ꝯſeruādo h' qḋ de p̄ncipys p̄dixımꝰ. ꝛ iſta r'la eſt gn̄alis in hac ſcientia.

De .iij. diſtictiōe q̄ ē de reg'lis.

